Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



pulis suis. Nunquid aspicis quales
lapides et quales structure. Et
respondens ihs ait illi videsne has
omnes magnas edificationes;
Non relinquetur lapis super
lapidem qui non destruatur. Cum
sederet in monte oliuarum
contra templum. Seorsum rogabant
eum separatim petrus et iacob
et iohannes et andreas. Dic
nobis quando illa fient et quod sig
num erit quando hec omnia incipient
consummari. Et respondens ihs.
cepit dicere illis. Videte ne quis
vos seducat. Multi enim ue
nient in nomine meo dicentes quia
ego sum et multos seducent.
Cum audieris autem bella et
opiniones bellorum ne timue
ris. Oportet enim hec fieri sed
non dum finis. Exurget enim
gens contra gentem et regnum
contra regnum. et erunt terremotus per
loca et pestes incipient dolores hec.
Videte autem vos metipsos.
Tradent enim vos in concilijs.
et in synagogis. flagella
bimini vos. et ante reges et pre
sides stabimini propter me in
testimonium illis. Et in omnes gen
tes primum oportet predicari e
uangelium. Et cum duxerint
vos tradentes nolite premedi
tare quod loquamini. sed quicquid
datum fuerit vobis in illa hora hoc loq
mini. Non enim vos estis loquen
tes sed spiritus sanctus. Tradet au
tem frater fratrem in mortem. et pater filium.
et consurgent filij in parentes
et morte afficient eos.
Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem. hic saluus erit.
Hillot. O. id. i. d. l. Vers
Attendite a fermento phi
sieorum quod est hypocrisis. Nihil
autem opertum est quod non reuelet
ur neque absconditum quod non cog
n[illegible] quia quecumque in tenebris dixeritis
in lumine dicentur et quod in aure
locuti estis in cubiculis predi
cabitur in tectis. Dico autem
vobis amicis meis. ne timeatis
ab hijs qui occidunt corpus
et post hec non habent amplius quid
faciant. Ostendam autem vobis
quem timeatis. Timete eum
qui postquam occiderit habet potestatem
mittere in gehenna. Ita dico
vobis hunc timete. Nonne duo
passeres venient dipondio
et unus ex illis non est in
obliuione coram deo sed capilli
capitis vestri omnes numerati
sunt. Nolite ergo timere
multum passeribus plures
estis vos. Dico autem vobis.
Omnis qui confessus fuerit
me coram hominibus et filius hominis
confitebitur illum coram angelis dei.